



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Historiae Ecclesiasticae Pars ...

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni  
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

Quomodo Ioannes Alexandrinus Episcopus Felici Pontifici Romano  
consuluerit, vt Acacio Constantinopolitano episcopo abdicationem  
denunciet. Cap. XVIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12718**

etia illis tribuatur, quod ea, quæ sunt consentanea ecclesiastica tranquillitati (quæ tum Deo tum impetatori congruens est) præscribat, ad eum sane finem, ut omnes in illis rebus acquiescant.

*Quomodo Ioannes Alexandrinus Episcopus Felici Pontifici Romano consuluerit, ut Acacio Constantinopolitano episcopo abdicationem denunciet. Cap. XVIII.*

*Hanc epistolam reperies To. 1. Concil. gene. fol. 961.*

*Vital. & Mesenus alias To. 1. concil. ge. 961.*

**I**Oannes, qui Romam confugerat, Felicem, qui post Simplicium episcopus Romanus fuit, admonet de rebus à Petro gestis, suadetque, ut narrat Zacharias, uti epistolam abdicationis ideo mittat Acacio, quod cum Petro communicauerat, quod quidem, utpote contra canones ecclesiasticæ factum (quidam enim, qui vitam monasticam in monasterio eorū: qui ἀκοίμητοι vocantur, eam epistolam attulerunt) Acacius admittere noluit. Quæ res etiam à Zacharia scriptis proditæ sunt. Sed mihi videtur nihil istarum rerum exploratè cognitum habuisse, sed extremis, ut dicitur auribus solum accepisse, sicque commemorasse. Itaque ipsæ res, ut gestæ sunt, accuratè explicaturus venio. Cum libelli Felici à Ioanne contra Acacium, quod contra ecclesiasticæ ritum cum Petro communicauerat, deque alijs facinoribus ab eo contra canones admissis, dati erant, mittuntur à Felice ad Zenonem Vitalius & Misinus episcopi, ut eius autoritate tum concilium Chalcedonense confirmaretur, tum Petrus, ut hæreticus episcopatu pelleretur, tum denique Acacius mitteretur ad ipsum Felicem rationem de rebus, quas Ioannes (cuius mentionem sæpe fecimus) ei obiectasset, redditurus.

*De Cyrillo monachorum qui Insomnes vocantur prefecto, quoniam pacto Romæ ad Felicem literas dederit, extimulans eum, ut illatas contra fidem iniurias vlcisceretur. Caput XIX.*

**A**T prius, quàm Vitalis & Mesenus venire ad imperatorem, Cyrillus, qui monachis, quos ἀκοίμητους vocant, præerat, mittit ad Felicem, quo eum, cum tam gravità

pec.